Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Periegesis - Cod. Karlsruhe 442

Priscianus

[S.l.], [10./11. Jh.]

Beda Venerabilis: Liber de temporum ratione [cap. XVII]

urn:nbn:de:bsz:31-46219

Visual Library

De cursu lunae per signa si quis computare nosse scit

Siqui uero etiam calculandi nimis idoneus non est lunaris tamen circu
tus existit curiosus et huic ad capacitatem ingenioli sui commodamus
argumentum. quod quod quaerit inueniat. Siquidem totam annalis
circuitus seriem quae duodecim mensibus continetur. alphabetis distinxi
mus. Tradum taxat ut primus et secundus ordo uicenos et septenos dies ter
tius autem uno amplius complectatur. Illo uidelicet quidem tertio repertas
octo horis superfluas adcrescit. Et tot diebus quos signare uolebamus litterae
sufficerent. Non singulis has diebus sed alternis adposuimus. atque ideo nō
ultra .o. litteram alphabetum tangere opuserat. Preposuimus eidem
operi paginam regularem quę xviii alphabeta huiusmodi aduersis
litteris inchoantia totidem annorum circuli decem nouennalis caperet
simul et mensium singulorum signorum q. uocabula duodecī quae hoc ordi
ne disposita est iuxta numerum dierum quibus luna zodiacū peruolat.
Ut ima septem lineas habet in longitudine nominibus signorum ante.
Nominibus uero mensium retro adnotatis. utqui signorum imperitus est
ex mensiū tamen notitia possit inuenire quod quaerit. Decem uero et nouem
habet in latitudine lineas. quae ordinem decem nouennalis circuli supra adno
tato annorum numero premonstrent. Cum igitur anno quoliber diem quemli
bet quo insigno uoluerit mensis impar ibus luna habeat. seu uoluerit aperto codice notam litterā quae indemsit p̄posita diei et recurrens ad regularem pa
ginam in qua litterarum est distincta conseries. eodem statim anno ex titulo fron
tis inuenta illā quam querebas litteram. ē. eiusdem diei inuenies. atque ante
ac retro inspiciens qd signum quem ue mensem e regione habeat adnotabis. Po
namus aliquid quo ad certa lector consuescat exemplum. Quaeris ubi sit lu
na uerbi gratia in kt apt anno .vi. circuli decem nouennalis. aperi codicem quę
rediem kalendarum memoratarum inuenies. e. litteram presempram recur
re ad paginam regularem. in debis annum sextum perspecto eius alpha
beto. e. litteram repperies circumfer oculos ad litteram hinc geminorum
extrema. illinc unum mensis in ima de p̄ hence es. ē. notata. Et siue eruditus
siue simplex es lector palam te quod cupiebas inuestigasse laetaberis. In sup
toto illo anno quibus cum quiedebus. e. litteram inueris assempram siue cres
centem seu decrescentem. in hus dem caeli partibus lunam noueris esse con
uersatam. Nonnumquam hoc argumento in detrimento incremento succe
lucis in aduerso anni cursu solis sit posita luna requiris. sed si et hoc scire
desideras. adhibitar gumentum uetusta aegyptiorum observatione
traditum.